



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Beneficiis Curatis, vel non. Tit. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIB. I. TIT. VII. De Benef. Curat. vel non. 35

cap. 8. num. 66. *Barbos Jur. Eccl. univ. lib. 3. cap. 4. num. 50. & 52.*
Dicitis Beneficiis exceptis *cetera sunt Minora.* Sunt tamen & alia, que majora & minora dici possunt, relatione facta ad alia: quae ex aliis divisionibus colligi possunt.

TITULUS VII.

De Beneficiis Curatis, vel non.

S U M M A R I A.

- | | |
|----------------------------------|---|
| 1. <i>Beneficia Curata quae.</i> | 4. <i>Quomodo Impropiè.</i> |
| 2. <i>Considerantur Propriè</i> | 5. <i>Non Curata Beneficia</i> |
| <i>& Impropiè.</i> | <i>qua.</i> |
| 3. <i>Quomodo Propriè.</i> | 6. <i>In dubio, qualia censemantur.</i> |

Beneficia Curata dicuntur, quae animarum curam habent annexam; de quib. vid. c. cum singula. de præbend. in 6. c. de multa. cod. c. cum satis. de offic. Archidiac. seu parochiam. Ea considerantur dupliciter; Propriè & Impropiè. In 2. ut. ind. c. cum satis. Petr. Gregor. in Inst. rei benef. cap. 10. num. 11. Garcia de benef. part. I. cap. 6. num. 6. Vallens. in par. decret. tit. de præbend. & dignit. §. 2.

Proprius quoad forum interius; quia ei qui beneficio præficitur, 3. datur pœnitentias Sacraenta præbendi personis certis; nempe parochia mis eius loci: item prædicandi Dei proponendi verbum, audiendi confessiones. Clem. dudum. §. verum. de sepult. c. 2. de paroch. c. omnis utriusq[ue] sicut de pœnitent. can. placuit. de pœnitent. dist. 6.

Impropiè, seu quoad forum exterius seu contentiosum; quia 4. feliciter Beneficiatus exerceat ea, quae sunt Jurisdictionis spiritualis; quae quibusdam annectitur beneficii. c. exsecrabilis. §. fin. de præbend. c. duum. de elect. in 6. Talia sunt visitare, inquirere, procurationes recipere,

[E] 2

suspem.

nus
sonis
Ecclesiast.

IV.

36 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

suspendere, absolvere, excommunicare, interdicere. d.c. dadum. si
Dd. & in d. Extr. Exscrabilis. vers. quantum. & de Glos. Dec. inc. alia
res de rescript. Garc. d. loc. num. 7. vid. Concil. Trident. sess. 32. de reforma
cap. 2. Et hac ratione dicimus, Archidiaconos & Archipresbyteros ce-
ram habere animarum: c. 1. de offic. Archid. c. 1. de offic. Archipr.
Priori Presbyteros & Parochos. De quibus tit. egimus singulariter
statu nostro de Personis Ecclesiasticis. Ubi vide.

Non curata Beneficia sunt, quorum Praefecti predicti munera non
habent, sed horis dicendi tantum sunt obstricti. c. 2. de infit. Dicitur
iam Beneficia Simplicia. c. fin. de prabend.

In dubio Beneficia non censentur Curata; proinde afferenti
talia incumbit probatio. Bellamer. decif. 673. Staphil. de literis grecis
tit. de statu benefic. 5. & num. 1. Robuff. in praxi. tit. facultate benefic.
quoniamplex. num. 11. Gonzal. ad reg. Cancell. de mensib. Glos. 6. num. 31.

Contingit aliquando, ut aliquis sit Rector primarius in Ecclesia
vel Prior, qui habitu quidem habeat animarum curam, sed alius sit op-
erari exerceat & sit actu Rector, quem Vicarium perpetuum vulgo o-
pellamus. c. super eo. 6. de prabend. & dignit. in 6. can. extirpanda. 30.
qui vero. cod.

TITULUS IX.

De Beneficiis Duplicibus vel Simpli- cibus.

S U M M A R I A.

- | | |
|----------------------------|---------------------------------------|
| 1. Quae Beneficia dicantur | 4. Quomodo distinguuntur
Duplicia. |
| 2. Quae Simplicia. | 5. Quae Canonialis. |
| 3. Prabenda quid. | 6. Quae Simplex. |
| | 7. Quae Laicalis. |